



Sammelband 4


+





*Series*  
Prælacionum et Dissertationum  
quas continet.

*Kof. Imus*



# Series

- Tractationum et dissertationium  
hujus voluminis.
- 1) De furo-pudentia apostoli Pauli auctor.  
fok: Sam: Stix.
  - 2) Observationes forenses varii argumenti pro  
fok: Gottlieb Siegel. Respondente Auctore eius  
Eius est Thaonig ex Lippiae habita.
  - 3) et hasverg Fritsch de Maritione Missilium
  - 4) De Sociorum obligacione quae sibi ex conversione  
cum extraneis sinita. Praef: Wolfgang Adam  
Laubach. Ref: Joh: Henr: Kochm.
  - 5) De fure Utendi reuelationis regi simili & medio  
suspensio si adpellacione renunciarum est.  
Praef: Christ: Henr: Eicard: Responde: Joh: Casaf: Sch:  
bonhe habita.
  - 6) De ~~rebus~~ singularibus quibusdam germanorum circa  
personas et res variis in iure romano aut  
maritimo aut plane non tractatis. Praef:  
Henr: En: Kestner. Ref: Christ: Cint: Popp. Rieke  
habita.
  - 7) De Privilegio Competentiae Praef: Christoph: Werker: Mühlp:  
Ref: Christ: Gottfr: von Suttin:
  - 8) De Scripturae necessitate Praef: Abrah: Kuestner Ref:  
Hans: Opp: des Bismarck.
  - 9) De cautione de non turbando habita u Georg Hier:  
Koch: Erfordiae.
  - 10) De scz Macedoniano a Andr: Barthol: Holtzborn  
Erfordiae habita

- ii) De Affixationib; Henr: Curreji. Fr.
- 12) De eo quid pendas, seu quod est in suspensi Comitati: Jurat:  
Christ. Wildvogeli.
- 13) De iis actionis forensis contrae adiudicationem ex denunciacione  
fisi Christ. Thom: V. Wilhelmy Wunder. Thalae habita.
- 14) De Receptu Recum miserabilium, ut non possint gaudi ipsorum ludicrum.  
Opp: Kauungieseri.
- 15) Siam: Fridr. Willerbergi tract: de Pacifico dilectionib; Vor.  
dum proposito quod approbat per Frith.
- 16) De Clandestinis Proximalib; iuratis Praef: Will: Henr: Brunn.
- Opp: Joh: Ernst: Schellhas.
- 17) De vera pronosticium de praesciali et predictionum  
differentia Praef: Joh: Bett: Fries Rep: Joh: Regerach.
- 18) Kurfzal Brandenburg ubi etiam die Prodigiorum, Prognosticorum ob annis  
descriptorum secundum regnum per separatum regnum autem ducum regnum  
aperte Kurfzal ypsius, per solitum furocosum regis gabegotham  
faz. Prognosticorum sive Henr: Kluber.
- 19) De Substitutione directae argumentis informula dubia  
Praef: Joh: Rob: Curraeck. Rep: Fridr: de Freyberg. Thalae  
habita.
- o. De Transmitione hereditatis ex Lut: Cöd: de his qui  
ante aperte Tibus. Ps: Götting s'chubati. Rep: Nepli:  
Alexander: Neuerfi: Personae habita.
- i) de Teste occipitalis Praef: Joh: Just: Schieschka.  
Rep: Körber Joh: Opp: Kybetus.
- 2) de Teste daliis non ob: Personae habita. Praef: Cörs:  
Wildvogel. Rep: Henr: Gottlob Kuhn. Personae habita.
- 3) de eo quod istud est critica umbra. Praef:  
Joh: Henr: Meyen. Respond: Joh: Will: Herting  
infordeae habita.

~~27) Secundum dilectionem collectivae amboane. Praef.~~  
Joh: Henr: Colleccioe Rcp: Joh: Willib: Etiam expeditia  
habeat  
28) de Umbra, non sibi, Russ: Praef: Adrian Blie-  
Rep: Henr: Gunther Boettcher. Penae habita  
29) De eo quod fustum est viri nrum annum  
non prostrabat nra, Ioseph: Praef: Christ: Willi-  
vaz: Rep: Joh: And: Crauford. Penae habita  
30) De nobilitate iuris: e condicioneis Praef: Wenz:  
Theodor Mattini: Rep: Cas: Henr: Horw: Nitebor: habita  
31) Christ: Thom: gladii post suspensum, disert: furi: Joh:  
philosophicoe iuridicarum dictas.  
32) Collationes: furi: Civ: Romani cum recessis fuge  
Rom: Germ: in specie cum ordin: Crim: Ciro: V:  
Praef: Michael Graeff: Rep: fac: Gaius Balz:.  
Hoetmann de Tuttendorf. Thuringiae habita  
33) De fortuna Testium sive fajif. Enry: Proff:  
Praef: Ernst: Jman: Gentz: Rep: Joh: Etib: Wenz:  
34) De famoso libello vulgacione Paquillee  
Praef: Joh: Berch: Fresch: Rep: Joh: Frisch  
Penae habita  
35) De Roena gladii post suspensum, disert: furi: Joh:  
Philipp: Freiberi. ex fortia habita.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt  
urn:nbn:de:gbv:3:1-776053-p0010-7

P

2

DISSERTATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA  
DE  
**CAVTIONE**  
**DE NON TVRBANDO.**

9

QVAM  
RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICO,  
REVERENDISSIMO ET AMPLISSIMO DOMINO,  
**D N. PLACIDO,**  
REGALIS MONASTERII S. S. APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI ORD. S.  
BENEDICTI INTRA ERFORDIAM ABBATE, PRÆPOSITVRÆ ZELLENSIS  
ET IN FRANCKERODA AD VERRHAM DOMINO, S. FACVLT.  
THEOLCG. ASSESSORE PRIMARO, ETC.

PERMISSV ILLVSTRIS JCTORVM  
ORDINIS  
IN ANTIQVISSIMA ERFVRTINA  
**PRO LICENTIA**  
SVMMOS IN VTROQVE JVRE CAPESSENDI  
HONORES  
IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI  
HORIS CONVENTIS  
DEFENDET

GEORG. HIERONYMVS KOCH,  
*Erfurt. Thur.*  
DICASTERIORVMQUE IBIDEM ADVOCATVS, ET NOTAR.  
CÆSAR. PVBL.

DIE XXVI. MAJI M DCC XXVIII.  
ERFORDIAE, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

DISSESTITIO INAGARVIT IARDICA

DE

C A V T I O N E  
D E N O N T A R B A N D O

RECTORIS UNIVERSITATIS MAGNIFICO

VERBALISISSIMO ET AMPLISSIMO DOWING

D U P L A C I D O

REGALE MONASTERII S. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI ORI

DISPENSIS LITERIS RECORDEMAN ARANTIA, MUSICOISTARAE ESTUARIA

ET IN LIBRARISSIMA AD AUREM DOMINO, E. MAGISTER.

THEODOR. EBBE. GORE. FIRMINO. ETC.

PERMISSA ITALIAE RECITORVM

ORDINIS

IN ANTIQUISIMA FESTA RITINA

AEG. LICENIA

S A M M O S IN LIBRARIO JASPER CAESARIS

HONORES

IN AUDITORIO JCTORIUM MAJORI

HORIS CONSERTIS

DEFINITATI

G E O R G . H E R R O N Y M A S R O C H

DICUTIATIONE MUNDI MEDIANA ADGLOZATA ET CANTATA

GRATIA. ETC.

DIE XXII. MAYI. M DC. XXXVII.

PROLOGUE. Tapis GROSCHINS. ACC. T. Toller.



## CAP. I.

### DE CAVTIONE IN GENERE.

S. I.



Avere idem esse ac sibi prospicere, *Cavatio quid*  
providere, securitatem querere,  
atque ab eo vocabulum cautio-  
nis derivatione grammatica de-  
scendere, oppido patet. *Voca-*  
*bulum vero cautionis, græcis*  
*σοφίας, Germanis ein Verstand,*

quod attinet, variam ejus & multiplicem significatio-  
nem in jure nostro deprehendimus. *Sic PAVLVs in L.*  
*47. D. de paci. L. 40. D. de rebus cred. cautionem vocat*  
*chirographum, dicitur creditori debitor cavere, cum*  
*se ei obligat facto chirographo L. 4. D. que res pignori*  
*L. 17. §. 3. D. commod. Simpliciter vocabulum cautionis*  
*positum nudam re promissionem significat, L. 3. C. de*  
*Verb. & rer. signif. neque interest, utrum cautio legi im-*  
*peretur, an per sententiam dictetur, quem in modum*  
*respondit Fac. Witreb. testante BERGERO Econ. Juris*

A

Lib.

*Lib. I. Tit. IV. §. IX. not. 4. p. 186.* Sumitur quoque pro formula aut verborum conceptione *L. 5. §. 1. ff. de ad- ministr. & peric. tutor.* Imo generaliter omnis scriptura cautio appellatur, qua cui prospicitur, sive obligatio- nis sive liberationis probandæ causa emitatur, *L. 15. §. 1. & L. 20. ff. de pignor. L. 27. ff. depos. vel contra.* Hoc loco denotat adsecurationem adversarii, cui sine illa fidem integrum non adhibemus. **L V D O V. Doctr. Pand. tit. qui satisd. cog.**

## §. II.

*Diviso cau- tions in fide- jussoriā, pi- gneratiā, & juratoriā & nude promis- triā.* Adsecuratio hæc multis modis fieri potest, nimirum aut fidejussoribus vel pignoribus, quam cautio- nem realem appellant: aut juramento vel nuda pro- missione, quæ verbalis nōmīne insignit. Istam alii non nudam vocant, ubi aliquid amplius citra verba accedit, datur aliquid in pugnum, dantur vades: hanc vero nudam, quæ in nude persona debitoris tantum subsistit, eumque tantum personali obligatione obfringit. **B A C H O V.** in *Comment. ad prim. Part. Pand. iii. qui satisd. cog.* De singulis signillatim dispiendiūdum.

## §. III.

*Cautio fide- jussoria.* Initium faciamus à cautione fidejussoria, quæ vö- catur **SATISDATIO.** Solis fidejussoribus satisdamus, ut ait **G A J V S L. 1. D. qui satisd. cog.** Satisdatio itaque ex significatione genuina est cautio, qua adversarium securum reddimus per fidejussores *L. 7. ff. de pretor. si- pulat.* Aliter veteri, aliter recentiori jure præstata fuit, id quod latius exposuit **H V B E R** in *Prælect. ad In- struc. Lib. IV. Tit. XI. CAROLVS SIGONIVS de judicis Lib. I. Cap. 1.* Atque hæc cautio pinguissima appella- tur,

tur, & recte, ob varias, quæ in aliis occurunt, molestias. Sæpe enim difficulter intelligitur, qualia sufficiant pignora: nec ignoramus dubia, quæ intuitu distractionis occurunt: ne dicam de casibus, quibus pignora sunt obnoxia, adeoque extra omnem dubitatis aleam positum est, satisfactionem omnino præcelere alias cautions. Quod pinguior sit juratoria & nude promissoria, ex sequentibus luculenter apparebit.

## f. IV.

Nec obstat L. 25. ff. de R. I. cujus verba sunt: plus cautionis est in re, quam in persona, ex qua Doctores colligunt, cautionem pigneratiam pinguiorem esse fidejussoria, provocantes simul ad L. sive autem §. 9. si duobus de publiciana. Tuetur inter ceteros hanc sententiam PETRVS FABER, JCrus Tholofanus, in egregio Commentar. ad Tit. de Reg. Jur. autumans, non posse aptius ullum ad hanc regulam proferri exemplum, quam quod ex pignorum tractatu desumeretur. Sed nihil præsidii ex hac L. 25. accedit his, istam sententiam defendantibus. Neque limitatio BACHOVII ab ECHT in Comment. ad primam parr. Pandect. ad rhombum pertinet, qui in ea opinione versatur, quod hoc tantummodo respective verum sit, si forte contingat, fidejussores labi bonis. Potius JACOEVIS GOTHOFREDVS in eleganti ad Reg. Jur. Comment. magno argumentorum & legum apparatus instructus ostendit, cautionis verbo in hac regula non esse speciatim accipiendam securitatem, quæ creditori datur, verum omnem utilitatem, omne commodum, emolummentum, momentum, pondus, quod ex possessione percipitur, denique regulæ hujus speciem

ciem nominatum spectare ad contractum emtionis venditionis, id quod ex L. 24. de R. I. ex eodem Pomponio, qui autor est L. 25, desumpta aliisque satis superque adparet.

§. V.

Fidejussor  
debet esse lo-  
cuples.

Fidejussor autem qui datur debet esse satis locuples, quasi loco plenus. Quis vero sit locuples, G A J V S indigitat L. 234. §. 1. Dig. de Verb. Sign. nimurum qui satis idonee habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petet. Idoneus fidejussor opponitur inopi, eique qui facultatibus lapsus est L. quod si §. ff. de dol. mal. L. 1. §. si magistratus ff. de magistr. conven. L. etiam 14. ff. de administrat. tut. JOSEPHVS AVERANIUS Interprt. Jur. Lib. I. Cap. XXII. Fidejussor idoneus admittendus est, sive revera talis, sive præsumptione Juris, ob sententiaæ auctoritatem BACHOV ad prim. part. Pand. tit. qui satisd. cogant. Idoneitas vero æstimatur ex facultatibus & facilitate conveniendi, quæ facilites in duobus consistit, 1) ut sit ejusdem fori L. 1. si quis in ius voc. non iver. 2) ut ne sit potentior, qui actionem elidere potest. Potentes enim fidejussores non habent locupletes, licet opulentissimi sint L. 8. qui satisd. cog. Conveniendi facultas præprimis est respicienda, quæ si desit, effectu suo destituitur satisdatio, id quod exemplis exposuit V. C. GERARD NOODT in Comment. ad ff. tit. qui satisd. cog. Ex multis causis fidejussor rejici potest, quorum inprimis pertinet, si habeat fori præscriptionem, si gaudeat privilegio restitutionis, si non facile possit conveniri, aliaeque, de quibus vide sis laudatum AVERANIUM l.c. Sponte fidejussores inhabiles

(5)

les admittens, iisdem contentus sit necesse est, nec alterum ad alios de novo dandos adigere potest, sibi que imputet is, talium fidejussionem recipiens, quippe qui non debebat esse ignarus conditionis eorum, qui buscum contrahebat, *L. si ab arbitro 10. s. 1. it. qui satisfid. cog. l. 3. ff. de fidejussor. junct. L. qui cum alio 19. ff. de R. I.* Idoneum fidejussorem rejiciens, actione injuriarum conveniri potest, *L. si vero 5. s. 1. ff. qui satisfid. cog. cum contumelia fidejussor rejectus afficiatur.*

§. VI.

Fidejussor securum debet praestare alterum, & solvere, quod in fidejussione promisit, si debitor principalis facultatibus labatur, nec solvendo amplius sit. Obligatio enim fidejussoria est quedam accessio principalis obligationis §. 5. *Inst. de fidejussor. ac nemo pro se ipso fidejussor esse potest, L. heres 21. servo tuo in fin. ff. de fidejussor.* Contrarius quidem videtur §. 4. *Inst. de Satisd., ubi JU STINIANVS videtur admittere fidejussorem pro seipso, in verbis: vel extra judicium satisfactionem exponere, per quam ipse sui ipsius fidejussor existat.* Qui procuratorem constituit, is reus principalis est, mandans & mandatarius habentur pro una persona, hinc sui ipsius fidejussor existeret, qui pro procuratore satisfactionem interponere vellat. Sed dubium hocce satis enodavit *JANVS à COSTA in notis ad Inst. Tir. de Satisd.* putans, dominum recte dici fidejussorem sui procuratoris, quoniam procurator post litis contestationem fiebat dominus litis *L. 23. C. de procur. atque in ejus personam concipiebatur sententia L. 28. ff. de procur. & defensor.* Primario itaque fidejussio in securita-

Fidejussoris  
obligatio.

tem obligationi principalis accedit, hinc fidejussor queri non potest, si debitore principali non solvente ad solutionem debiti cogatur. Pinguior erat fidejussoris obligatio Jure antiquo Romano & Germanico, (quod adhuc in multis locis viget) nondum inventis beneficiis divisionis & excusioneis sive ordinis. Non necesse fuit, debitorem prius excutere ad peram & saccum usque, EMUNDVS MERILLIVS Observat. Lib. IV. Cap. XXXVI. sed statim contra fidejussorem actio instituebatur, unde quoque tritum illud germanicum: Den Virgen muß man würgen id quod maxime æquitati naturali consentaneum, atque ad commercia promovenda haud parum proficuum. Cessantibus enim hisce beneficiis infinitæ cessarent lites, quæ oriuntur, quando intuitu beneficij divisionis debitor principalis prius usque ad peram & saccum est excutiendus, hocque infirme existente, demum in subsidium fidejussores sunt conveniendi: intuitu divisionis beneficij autem, si duo pluresve dati sunt, unusquisque fidejussorum pro rata tantum ad solutionem est obstrictus. Iniquitatem horum beneficiorum evidenter satis ac perspicue ostendit Vir summæ eruditionis NICOL. HIERON. GUNDLINGIVS in *Jure Nar.*

Cautio pī-  
gnerat. quid  
sit?

§. VII.  
Hisce explanatis viam stravimus ad eo melius intelligandam cautionem pigneratitiam, qua adversarium securum reddimus per pignora, facta videlicet auri vel argenti vel pecuniae aliarumve rerum depositione in vicem satisfactionis, aliquid in pugnum datur, manu traditur, ut ait GAJVS in L. 238. §. 2. de V. S. Cautio-

nem

nem hanc pignerasitiam. etiam Jure Romano obtinuisse, contra Stryckium defendit Ill. THOMASIVS in Comment. ad Pand. tit. qui satisd. cog. ut & JOHANVOET. in Comment. ad Pand. b. t.

## §. VIII.

Quodsi vero alterum securum reddere volumus per hanc cautionem, omnino res propria pignori danda est; Si quis itaque rem alienam pignori dederit, nulla securitas adest, nec valet, nisi per ratihabitacionem domini sit confirmata L. aliena 20. ff. de pignor. ad. vid. EMUNDI MERILLII Exposit. in L. Decis. Justin. Dec. 50.

Res proprie  
danda est.

## §. IX.

Cautione hac pignerasitia praestita, omnia quoque permittuntur, quae alias in pignore alter exercere potest. Per pignus in alterum jus in re transfertur, hinc alienatio quoque, debitore non solvente, concessa est, nec damnum facere videtur is, qui suo iure utitur, suoque incumbit pignori L. illud. constat C. que in fraud. cred. Jus enim distrahendi omnino creditori est concessum tit. C. debitorem venditionem pignoris. Quale enim emolumenntum esset futurum, si pignus distrahere non liceret. Imo potest distractio fieri in-vito creditore L. si cessante ff. de distract. pign. adeo ut etiam distractio minime sit prohibita, licet convenerit, ne distraheret liceret L. 4. D. de pignor. ad. si nimirum creditor ter denunciaverit debitorum, ut solveret, neque solverit. vid. HUGO DONELLYS ad tit. C. de distract. pign.

## §. X.

Hunc ad cautionem juratoriam, quae qualis sit,  
 Cautio jurato-  
 ria quid sit?  
 consideremus. Securum hac cautione reddimus ad-  
 versarium per jusjurandum, atque haec cautio pingui-  
 or ceteris videtur, cum accedat adsertio religiosa, qua  
 Deus in testem & vindicem vocatur; Sed fallit saepc  
 saepius ob plurimorum hominum levitatem, qua mo-  
 ti saepissime à religione desciscunt, parum attendentes,  
 quæ poena aliquando iis sit futura, qui jusjurandum  
 negligunt. Hinc à multis haec cautio pro maxime  
 subsidiaria reputatur, atque Doctores colligunt ex L.  
 59. §. ult. ff. mand. quoties requiri cautionem idone-  
 am, ein tüchtiger genugsamer Vorstand/ toties omnino  
 fidejussoriam & pigneratitiam esse præstandam arg. L.  
 59. §. ult. mandat. III. BERGER Oeon. Jur. Lib. I. Tit. IV.  
 §. 9.  
 Quinam  
 præstent hanc  
 cautionem.  
 Cautio juratoria olim tantum exigebatur à viris  
 illustribus & clarissimis L. 17. C. de dignitatibus. L. 12. C.  
 de proxim. sacror. L. 15. D. de jurejur. Non requireba-  
 tur ab hisce personis fidejussor, quod in ea re contu-  
 melia quædam deprehendebatur L. 17. in fin. de testimoniis.  
 Sed jure noviori etiam alii admittuntur, præcipue  
 ii, qui fidejussores vel pignora reperire nequeunt. Nov.  
 112. c. 2. avth. generaliter C. de Episc. & Cler. CARPOZOV.  
 P. I. C. 5. D. 9. 2. Resp. 81. TITIVS in Jure Priv. Lib. XII.  
 Cap. III. §. 18. Hoc ramen postulatur, ut sint probatae  
 existimationis, nec de fungo suspecti, alias non admittuntur, sed arresto detinentur. GEORG BEYER in Post.  
 ad Instit. tit. de Satisfact. MEVIVS I. Dec. 240. & II. Dec.  
 15.

15. Neque silentio prætereundum, jure romano posse fôreres rerum immobilium ad juratoriam cautionem quoque fuisse obstrictos, id quod contra communem atque erroncam opinionem, quæ passim animos cogitationesque præstantium JCTorum obsedit, magno argumentorum pondere defendit GERARD NOODT ad tit. qui satisd. cog. atque opinionem suam per L. 8. C. de Princip. agent. in reb. L. ult. §. 1. de sportulis L. 26. §. 6. C. de episc. aud. corroborat, cui & adstipulatur JOAN. VOET in Comment. ad Pand. b. t. In L. alleg. 8. C. de princ. agent. in rebus Imperator ZENO sequentibus verbis utitur: ita videlicet, ut pro tenore generalium editiorum hi, qui vel in sacratissima urbe, vel in provinciis immobiles possident facultates, adjuratoriæ cautioni & substantiæ suæ credantur; Quæ verba satis superque demonstrant, immobilium rerum possessores à juratoria cautione neutiquam fuisse immunes. Sed dissentientium nimirum JOH. SCHILTERI, TITII, BEYERI aliorumque sententia, licet erronea atque Juri Romano contraria, in praxi obtinet, ac nititur in primis L. 15. qui satisd. cog. cuius verba sunt: *Sciendum est, possessores immobilium rerum satisdare non compelli;* quæ verba quidem innuunt, à satisdatione rerum immobilium possessores esse immunes, minime vero juratoria cautionem excludunt, licet sua bona obligare parati sint. Valida itaque ac firma manet secundum Jus Romanum NOODTII ac VOETII sententia, solam nimirum satisdationem immobilium possessoribus esse remissam, cum contrariæ hypothœos ne tenuissimum quidem vestigium in L. 15. adsit, ac præterea omnem de eo dubi-

tandi rationem sustulerit JU STINIANVS incit. L. de bis  
qua 26. §. neque vero 6. C. de episc. aud sequentem in  
modum: Neque vero fidejussionis causa, aut supra manda-  
ti formam nostros subiectos offici pateremur, sed si quidem  
immobiles res habeant idoneas, jusjurandum tantum præ-  
sent, & conscribatur: sii autem non habeant, usque ad  
quantitatis estimationem, fidejussionem sine ullo danno præ-  
beant.

## §. XII.

Duo præstan-  
tur juramen-  
ta.

Cum pauperes in primis jurato cavent, in cautio-  
ne juratoria hoc observandum est, duo præstanta es-  
se juramenta, unum paupertatis, quo quis fatetur, se  
neque fidejussores neque pignora, omni licet adhibita  
diligentia invenire potuisse: Dass er so viel in Vermögen  
nicht habe/ glaube auch nicht/ dass nach angewendeten mög-  
lichen Fleiß er solchen Vorstand aufbringen könne: alterum  
ipius cautionis, der eydliche Vorstand selbst/ ubi promit-  
tit, se sancte facturum ea, de quibus cavendum erat.

## §. XIII.

An cautio ju-  
ratoria cest  
fidejussoribus  
vel pignori-  
bus inventis.

Operæ pretium autem est animadvertere: an  
cautio juratoria semel injuncta, præcisè sit præstanta,  
licet alter postea fidejussores vel pignora invenerit?  
CARPZOVIVS 2. Resp. 80. putat, à cautione juratoria  
neutiquam recedi posse, eo quod res judicata pro veri-  
tate habeatur, & jus per eam acquisitum alteri minime  
auferrī possit. Sed magis distinetè quam à CARPZO-  
VIO aliisque factum, hanc quæstionem exponit JOH.  
SCHILTER in Exercitat. ad Pand. VII. §. 25. & monet,  
non tacitam modo, sed quoque expressam inesse &  
sententiae & cautioni conditionem, si fidejussorem vel  
pi-

pignora non facile repererit, adeoque nec de juris quæ-  
siti, quod in mente habuit CARPZOVIVS, interversio-  
ne queri potest, nec hæc variatio alteri vitio vertenda,  
cum haec cautio sit necessaria. L. 7. §. 1. D. qui satisd.  
cog. vid. BERGER resolut. Lauterb. p. 55.

## §. XIV.

Denique indagandum, quid sit cautio nude pro-  
missoria. Præstatur hæc cautio per nudam promis-  
sionem, nec fidejussores, neque pignora, neque jusquæ-  
randum requiritur, & quidem jure antiquo fiscus at-  
que respublica hoc modo cautionem præstabant L. 1.  
§. 18. & L. 6. D. ut legator. seu fideic. serv. causa cav. Suf-  
ficiebat quoque in clericis nuda promissio L. 33. C. de  
Episc. & Cler. vid. JANVS à COSTA ad Instit. tit. de  
Satisd. Locum vero hæc cautio non habebat in posses-  
soribus rerum immobilium, per ea quæ tradita sunt in  
§. XI. huj. Cap. quippe qui jurato cavebant; licet quo-  
ad praxim hodiernam aliud ex male intellecta L. 15. ff.  
qui satisd. cog. reprehendamus, nimirum immobilium  
rerum possessores à cautione omnino esse immunes.  
Imo in plurimis locis hodie extra Saxoniam cautio nu-  
de promissoria pro superflua habetur, ac sola possessio  
sufficit. LVDOVICI Doctr. Pand. tit. qui satisd. cog. GE-  
ORG BEYER Posit. ad Instit. tit. de satisd. n. 8.

## §. XV.

Pro possessoribus autem rerum immobilium juxta  
L. 15. §. 1. & seqq. D. qui satisd. cog. non modo haben-  
tur ii, qui dominium proprio dictum, sed etiam, qui  
dominium utile habent, ut emphyteutæ & superficia-  
rii, etiam tam uxor quam maritus ratione fundi dota-

Quis sit po-  
sessor rei im-  
mobilis.

lis, ut & tutores ob rem pupillorum: minime vero creditores ratione fundi pigneratii, nec usufructuarii, qui rem oppignoratam vel usufructuariam non possident jure dominii vel pleni vel minus pleni, quod ultimum Jure Saxonico securus, ubi & usufructuarii & creditores non caevent, cuius rationem solidam ex indole Juris Germanici addit SCHILTER Exercitat. ad ff. VII. §. 22. nempe quod jure Saxonico alia & diversa sit ususfructus & pignoris natura, ubi transfire dicitur ex parte dominium, ex qua causa tam usufructuarius quam creditor à cautione immunes fuerunt. Ignoravit hanc causam CARPZOVIUS, idcirco falsam in *Jurispr. for. P. I. C. 5. def. 21.* suppedavit, quam jure meritoque laudatus SCHILTERVS l. c. rejectit. Hallucinatur itaque & STRYKIVS in *U. M. tit. qui satisd. cog. §. 10.* quando in ea opinione versatur, rationem deficere, quare praxis Saxonica à Jure Romano sit aliena: sat evidenter enim rationem juris Saxonici SCHILTERVS, antiquitatum germanicarum indagator solertissimus, l. c. exposuit.

## §. XVI.

*Quid referatur ad res immobiles.* Res immobiles, quæ à cautione liberant, proprie quidem sunt tales, quæ de loco in locum commode moveri non possunt, sed accensentur iis quoque annui redditus irredimibiles, pecuniae hereditariae ex re immobili solvendæ, nec non res mobiles, quæ facile exportari non possunt v. g. taberna & bibliotheca instructa majoris pretii, ut & aliæ res mobiles pretiosæ, quæ de loco non facile moventur, ac propterea morali æstimatione pro immobilibus habentur. CARPZOV. C. 5.

C. 5. D. 19. P. II. Proc. tit. 9. art. 5. n. 126. An vero actio realis liberet à cautione, anceps est quæstio? Quæstio hæc a PAVLO in L. 15. D. de Reg. Jur. sic definitur: *Is, qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur.* Quemadmodum itaque rem immobilem possidens non nisi nude promittit, ita simile jus isti, qui actionem realem instituit, neutquam, si audiamus hanc legem, denegandum est. Accedit porro L. 52. rem in bonis ff. de acquirendo rer. domin. ubi MODESTINVS sic scribit: *rem in bonis nostris habere intelligimus, quotiens possidentes, exceptionem: aut amittentes, ad recuperandam eam, actionem habemus.* Collimat hoc quoque L. 17. si quis vi ff. de acquir. vel amitt. posseff. Addit tamen B. LVDOVICI in doctr. Pand. tit. qui satisd. cog. §. 7. limitatio-nes quasdam non spernendas, quod nimurum actio-ista realis, liberans à cautione, debeat profluere ex do-minio, atque contra tertium competere, alias effectum talem minime producit, nec alterum à cautione im-munem reddere potest.

## §. XVII.

Subiecta venit & alia divisio cautionis, ubi porro dispescitur a causa movente in voluntariam, quæ libera pacientium voluntate peragitur, & necessaria-riam, quæ non dependet à libera pacientium vo-luntate, sed fieri debet, quæ & legalis nomine insigni-tur L. 7. §. 1. ff. qui satisd. cog. Necessariam in primis de-prehendimus in tutori & curatore, qui cautionem præstant, rem pupilli salvam fore, item in usufructua-rio, qui cavet de re domino proprietatis restituenda. L. 8. §. 4. qui satisd. cog.

Divisio ca-u-tionis in vo-lun-tariam & ne-cessaria-riam.

B 3

§. XVIII.

## §. XVIII.

*Qualis actio  
competat ex  
cautione.*

Hoc denique silentio non prætereundum, qualis actio in cautione locum habeat contra invitum? atque notandum, cum olim per verba solennia cautiones explicarentur *L. 9. de novat. L. 21. de acceptil. L. fin. rem rat. bab. actio ex stipulatu instituebatur contra reluctantem.* Cautio enim semel præstita omnino servanda erat. Hodie vero cessantibus omnibus solennitatibus conditionis ex moribus dici potest. vid. *TITIVS in Jure Priv. Lib. II. Cap. V. §. 50.*

## §. XIX.

*Cautio & sa-  
tisfactione quo-  
modo diffe-  
rant,*

Restat ut dispiciamus differentiam cautionis à satisfactione. Sæpe satisfactionis & cautionis vocabulum una significacione venit; sed si paulo curatius inquirimus, deprehendimus, cautionem & satisfactionem à se invicem esse distinguendam, ac cautionis appellationem satisfactione esse strictiorem. Satisfactione enim nil aliud significat, quam explore alterius desiderium, quare & solutionem & quamlibet aliam satisfactionem sub se comprehendit *L. 9. §. 3. D. de pign. act. vid. NOODT in Comment. ad ff. tit. qui satisd. cog.*

## CAP. II.

DE CAVTIONE DE NON TVRBANDO  
IN SPECIE.

## §. I.

*Turba unde  
descendat?*

**D**elineata itaque tractatione generali, justo ordine pedem movemus ad materiam specialem. Antequam vero ad ipsam tractationem accedamus, operæ

operæ pretium futuros nos arbitramur , si vocabuli turbæ etymon explicemus & præmittamus. Veteres quoad etymologiam vocabuli turbæ non conveniunt, quorum diversas opiniones fusius recenset Etymologus celeberrimus Gallus **ÆGIDIUS MENAGIVS** in Amoenitat. Jur. Civ. Cap. XXXIX. sub V. turba. Audiamus ULPIANVM in L. 4. §. 2. ff. de vi honorum raptorum, qui sequentem derivationem, quæ ad scopum nostrum quam maxime pertinet, suppeditat: *Turbam autem appellatam LABEO ait ex genere tumultus: idque verbum ex greco traxum ἀπὸ τοῦ σομβόν, id est a tumultuando.* Haloander legit: *idque verbum ex greco traxum τύρβην: quam lectionem quoque approbat ANDR. ALCIATVS ad L. 40. derestratio de verb. signif.* Hinc turba in L. 4. ff. de vi honor. rapt. definitur, quod sit tumultus plurium personarum, dolo malo alicuius concitatus. Turbare at-  
Turbare quid.  
tem, turbas dare, nihil aliud est, quam molestiam & impedimentum possessori creare, quo minus is possessione quiete uti possit, & dicitur german. beeintrâch-  
tigen/ einen Eingriff thun. TREVTLER disputat. 25. tb. 3.

## §. II.

Cave tamen existimes, nullam differentiam ad-  
esse inter turbam & rixam; satis enim ista constat ex Turba & rixa  
L. 4. de vi bon. rapt. Verba legis hæc sunt: *turbam autem quomodo dif-  
ex quo numero admittimus? Si duo rixam commiserint, uti-  
que non accipiemus, in turba id factum: quia duo turbâ ferant.*  
non propriæ dicuntur. Enimvero si plures fuerunt, decem  
aut quindecim homines; turba dicitur. Quid ergo si tres,  
aut quatuor? turba utique non erit. Rixam itaque duo  
constituunt, quod in turba secus, ubi decem ad mini-  
mum

mum personæ adesse debent. Licet vero LABEO hoc dicat in *L. alleg.* tamen cum grano salis id esse accipiendo, observavit ULRIC. HVBERVS in *Prælect.* ad *Pand.* ad *L. Jul. de vi publ.* autumnans, si domus, villa, navis expugnata sit cum telo & direpta, licet minus decem hominibus fuerint, poenam capitalem nihilominus infligi posse, quam sententiam præjudicio simul corroborat. Approbat & hoc PAVLVS in *L. II. de vi publ.* *Hi, qui ædes alienas, aut villas expilaverint, effregerint, expugnaverint, si quidem in turba cum telo fecerint, capite puniuntur.* Quare & hanc violentiae speciem ad pessimum exemplum & summum criminis gradum refert MARCIANVS in *L. 3. §. 2. b.t.* Quodsi igitur talis violentia, qua alias effractores utuntur, adhibita sit, poena quoque, in effractores alias constituta, iis est applicanda, licet minus decem hominibus fuerint.

## §. III.

Turbæ in omni jure esse odiosas, in confessu est apud omnes. Jura naturalia si perpendamus, veritas hujus adserti statim sese ob oculos ponit. Cum enim Jus Nat. statuat, socialitatem esse servandam, ac vult, ut quilibet actiones suas ad socialitatem tanquam bonum universi generis humani referre debeat, in aprico est, socialitatem minime conservari posse, quando unusquisque alterum pro libitu turbare vellet, bellum inde omnium adversus omnes oriretur. Hinc sapienter quoque Jura Civilia diversis locis de turba disponuerunt, quorū primis spectat *L. 4. pr. D. de vi boron. rapr.* Cujus dolo malo in turba damnum quid factum esse dicetur: in eum in anno, quo primum de ea re experiundi potestas

*potesas fuerit, in duplum: post annum, in simplum judicium dabo.* Et §. 6. d.l. *Si quis adventu suo turbam concitavit vel contraxit, vel clamore vel facto aliquo, vel dum traminatur aliquem, vel dum misericordiam provocat: si dolor malo ejus damnum datum sit, etiam si non habuit consilium turbæ cogendæ, tenetur.* Jure Canonico turbas odiosas esse, adparet ex c. 5. D. 61. ubi Pontifex vocationem turbulentam, quam seditio extorsit, tanquam illegitimum rejicit, & c. 9. D. 79. is, qui populari vel militari tumultu electus est, non pro apostolico sed pro aposto- statico habetur. conf. III. BOEHMERI *Jus Ecclesiast.* Protest. Lib. I. Tit. VI. §. XXXVIII.

## §. IV.

Apud Germanos veteres, quippe qui rei militari maxime dediti fuerunt, quemadmodum hoc testatur TACITVS de Mor. Germ. turbationes frequentes ortæ sunt, iisque nihil usitatus fuit, quam privatas inimici- tias armis vindicare, eaque de causa bella suscipere, quæ diffidationes vocabant. Quare & JULIUS CÆSAR de B.G. Lib. VI. de Germanis dicit, latrocinia apud eos nullam habuisse infamiam, quem locum SCHIL- TERVS Exercit. ad Pand. XLIX. §. 106. sic explicat, scilicet Julium Cæsarem non famosa illa latrocinia innuere, sed bella privata & diffidationes. Hanc diffi- dandi libidinem jam tum Imperatores CONRADVS I. HENRICVS I. CONRADVS II. & FRIDERICVS I. coarctaverunt, quorum constitutiones renovavit FRI- DERICVS II. Imperator in comitiis Moguntinis. Idem fecerunt ALBERTVS & LUDOVICVS Bavarus Impe- ratores. Disposuit quoque circa diffidationes CARO-

Germani ve-  
teres ad tur-  
bationes ma-  
xime procl-  
ves fuere.

C

LVS

LVS IV. in Aurea Bulla, ac certos limites constituit.  
**F**RIDERICVS. III. in reformat. polit. ad unum casum,  
 si quis justitiam non posset consequi, restrinxit. Ve-  
 rum MAXIMILIANVS I. omnes dissidationes, quo-  
 cunque modo susceptas, prohibuit per constitutionem  
 de pace publica, von Land Frieden promulgatam anno  
 1498. vi cuius violatores istius pacis vel in Camera vel  
 in judicio imperiali aulico conveniri possunt, ac con-  
 stituta est poena banni sive proscriptionis Imper. vel  
 2000. Marci auri puri. CAROLI V. constitutionem  
 hoc spectantem cum aliis deprehendimus in Rec. Imp.  
 vid. SCHILTER. l. c. JOH. PHIL. DATTIVS de pace  
 publica. GAILIVS de pace publica. MAVRITII note ad Ca-  
 pitulat. LEOPOLDI, quæ extant in ejus operibus a NI-  
 COLAO HERTIO conjunctim editis.

## §. V.

*Qualis pos-  
sessio intelli-  
gatur in tur-  
batione.*

Per turbationem possessori creatur impedimen-  
 tum & molestia, quominus possessione quiete uti  
 possit. Possessionis mentio injicitur, quare notandum,  
 hoc loco intelligi qualemcumque possessionem, & ci-  
 vilem, ubi adest detentio rei cum animo dominii L. 13.  
 §. 1. de public. in rem actione. L. 21. C. de furt. quæ exi-  
 mios etiam in jure effectus producit, in primis ubi de  
 usucapione tractatur, ut in L. 25. de usucap. & natura-  
 lem, qua detinemus rem corporalem absque opinio-  
 ne dominii, quæ comparative respectu civilis posses-  
 sio fere non est, quia plerisque juris effectibus desti-  
 tuitur. vid. EMVNDVS MERILLIVS Lib. II. Obser. Cap.  
 XXXI. & in Comment. ad L. Decis. Dec. XLVII. qui si-  
 mul recenset dissensiones veterum JCTorum ratione  
 hujus

hujus divisionis in naturalem & civilem. Naturalis  
 distinguitur in possessionem justam & injustam. Justa  
 est sine affectu sibi habendi, velut in fructuario, cui  
 quidem JVSTINIANVS in §. 4. Inst. per quas personas de-  
 negat possessionem, sed hanc negationem de civili tan-  
 tum possessione intelligendam esse ex mente THEO-  
 PHILI statuit HVBER in Præf. ad Inst. de Rer. Div.  
 Et acqu. ear. dominio. Injusta vero possessio plerumque  
 cum affectu sibi habendi & in proprietatem redigendi  
 conjuncta est, qualis in fure, prædone, invasore depre-  
 henditur L. 15. de acquir. possess. Nec furem quidem in  
 possessione a tertio turbari fas est per L. ult. de acquir.  
 rer. dom. L. 2. D. uti possid. Hi itaque aperte injustam  
 possessionis causam habent, & tamen retinent posses-  
 sionem tamdiu, donec alter jus suum evincat, ne ri-  
 xis & tumultibus fenestra aperiatur. Publice enim in-  
 terest, etiam fures & prædones in possessione tum in  
 principali quam in accessoriis defendi, donec res legi-  
 timo tramite ab altero evicta sit. Intelligimus porro  
 non solum possessionem propriam, quæ est rerum  
 corporalium L. 4. §. 27. ff. de usurpat. Et usurcap. sed &  
 impropriam, analogicam sive quasi possessionem, quæ  
 est rerum incorporalium arg. L. 40. §. 1. de acquir. vel  
 amitt. possess. In rebus enim incorporalibus etiam pos-  
 sessionem licet impropriam seu quasi adeesse, dubium  
 non est. Licet itaque de iis in L. 1. §. 8. ff. quod legator.  
 dicatur, quod istæ non sint, non possideantur, sed fal-  
 tem animo concipiuntur & in intellectu consistant, ta-  
 men hæc lex non simpliciter negat possessionem de  
 rebus incorporalibus, sed tantum secundum quid, re-

**Speciu rerum corporalium**, quod scilicet non eodem modo possideantur, id quod patet ex L. 20. ff. de Servit. aliisque Pandectarum titulis de itinere actaque privato, item de aqua quotidiana & aestiva & similibus. Remedia itaque possessoria non plane denegantur rebus incorporalibus, sed ea, quae alias in corporalibus rebus locum habent, utiliter applicantur, cum alia non sufficiunt. conf. AMADEI ECKOLTI Compend. Pand. *Tradatio ad tit. de acquir. vel amittend. possess.* GERARD NOODT in tr. de usi fructu Lib. II. Cap. XVI.

## §. VI.

Turbationis  
divisio in ver-  
balem & rea-  
lem.  
Ordo autem tractationis postulat, ut specialius con-  
sideremus, quibus modis turbatio fieri possit, quo eo  
luculentius deinde cernendum sit, in quibus casibus  
cautio de non turbando locum habeat. Ac primum  
adnotanda venit divisio turbationis, quando dispescitur  
in verbalem & realem. Verbalis turbatio fit minis atro-  
cioribus ab eo, qui facile eas exequi solet & potest. BA-  
CHOV. ad Treutl. v. 2. disp. 25. tb. 3. GAILIVS Lib. I. Ob-  
serv. IV. MENOCH. de arbitr. jud. quest. 140. WEHNER.  
Praef. observat. verb. Bescheiden. Qui verbis possessorem  
turbat, facto quodammodo turbare censetur, cum pa-  
rum interfit, verbis vel factis quis mentem suam decla-  
ret. Non itaque omnes minæ sunt contempnendæ, sed  
si verba a minitatore emissâ revera sint minitoria, at-  
que constat de isto, quod non in nudis comminatio-  
num verbis subsistant, tunc justa subest timendi causa,  
ac minæ tali in casu turbationis speciem omnino in-  
volvunt. Cessante vero justa timoris causa v.g. si solum-  
modo jactabundus esset, qui minas suas exequi non so-  
let,

let, tunc quoque istae consideratione haud dignæ sunt.  
 Quare & impotentis minæ pro elusoriis habentur L. 4.  
*ff. si cui plusquam per L. Falcid.* Realis turbatio fit factis,  
 & quidem vel in judicio, quando quis in possessionem  
 alterius inique sequestrum obtinet, item qui negat, ad-  
 versarium possidere, & se solum possessorem esse con-  
 tendit: vel ex judicio, si quis ex decreto judicis noto-  
 rie invalido invadat possessionem alterius v. g. conce-  
 sum fuit decretum parte non citata, tunc ingrediens  
 scit, vel naturali ratione scire potest, decretum esse in-  
 validum. ERNEST. COTHMANNI *Consultat.* & *Resp.*  
*Vol. V. Resp. X. n. 455.* vel extra judicium, quod varie  
 fieri potest, ut ex seq. §. apparebit.

Turbare dolo dicitur, qui in casu illico occupat  
 alterius possessionem, licet ignoret dominum vel pos-  
 sessorem, cum dolus in mente consistat, atque ex con-  
 jecturis & præsumptionibus probandus sit. Sufficit do-  
 lus in genere, ex quo habuit animum turbandi quem-  
 cunque possidentem. CARD. TVSCHVS *Praef. Conclus.*  
*Jur. Tom. VIII. Conclus. 397. n. 26.* Turbat, qui impedit  
 possessorem, uti servitutem fundi: qui colonos deterret  
 a colendo fundo: qui rem alienam vendit, & alteri  
 tradit: qui prohibet uti re mea §. 4. *relinenda Instir. de*  
*Interd.* Nec omnem turbationis modum definire pos-  
 sumus, cum turbatio inferat delictum, cuius qualitates  
 ob multiplicitatem circumstantiarum haud parum va-  
 riант. vid. JOS. MASCARDVS *de Probat. Concl. 1198.* &  
*1397.* MENOCH. *Remed. retin. poss. 3. n. 467.* CARPOV.  
*Proc. Jur. Tit. XXIII. art. 2. n. 37.* Turbat itaque is, qui

Recentur  
 varii turba-  
 tionum mo-  
 di,

quomodo cunque controversiam facit, sive agendo sive  
excipiendo, & cum se opponat intentioni actoris, sive  
in judicio, sive extra judicium, sive de jure, sive de facto,  
sive lite pendente, sive ante sive post litem contesta-  
tam. MENOCH. rem. retin. 3. sub n. 159. § 498. LUDOV.  
POSTIVS de Manutenendo Observat. XLI.

## §. VIII.

Dantur varia  
remedia con-  
tra turbantes.

Turbantes legitimis remedii ac pacenis, ne impo-  
sterum turbent, coercendi sunt, hinc contra hos turba-  
tionum modos varia quoque in Jure deprehendimus  
remedia. Dantur contra turbantes mandata de non  
turbando, quæ & remedia manutenibilia appellantur,  
& quidem regulariter cum clausula. GAILIVS Lib. I.  
Observat. 78. n. 6. Sine clausula mandata non decer-  
nuntur, nisi ob armorum metum. MEVIVS I. Decis. 139.  
n. 1. Injuriarum quoque ille conveniri potest, qui re vel  
jure meo uti non permittit L. injur. 13. §. 7. ff. de injur.  
MENOCH. de rein. poss. rem. 3. n. 606. BRUNNEM. Consil.  
Academ. Conf. II. n. 34.

## §. IX.

Cautio de non  
turbando lo-  
cum quoque  
haber.

Quo autem magis partis vicitris securitati pro-  
spiciatur, saepenumero victimus ad cautionem de non  
turbando impostorum condemnari solet. In factis  
enim negativis, ne quis amplius turbet, executio fieri  
solet per cautionis impositionem. CRAVETT. Conf.  
170. n. 9. GAIL. Lib. I. Observ. 116. Exigitur haec cautio  
in primis per interdictum uti possideris, quod est reme-  
diū retainendae possessionis, & jure veteri quidem so-  
lum spectabat ad res immobiles, utrubi vero ad mo-  
biles; Sed Jure noviori nulla distinctio amplius restat  
inter

inter interdictum uti possidetis & utrubi, imo in directum & utile distinguitur, atque utiliter etiam ad res incorporeas applicatur. Tendit hoc interdictum 1) ad possessionem conservandam, 2) ad res suo modo a turbante repetendas 3) ad id, quod interest, turbationem factam non fuisse, 4) ad cautionem de non turbando in posterum. Cautio haec describitur ex usu quid sit fori, quod sit legitimum praesidium, quod per officium judicis ei, qui in possessione quicunque turbatus est, datur ad id, ne quis in possessione amplius molestetur.

## §. X.

Animum autem adjiciamus ad quæstionem satis arduam, an nimirum cautio haec de non turbando fundata sit in L. un. C. uti possidetis, cuius verba sic se habent: *Uti possidetis fundum, de quo agitur, cum ab altero nec vi, nec clam, nec precario possidetis, Rector provincie vim fieri prohibebit: satisfactionis, vel transferendæ possessionis editi perpetui forma servata, de proprietate cognoscet.* Quæstio haec maxime ambigua est inter Doctores, quibusdam affirmativam, aliis negativam defendantibus. MINDANVS, GAILIVS, ROBERTVS cum aliis hanc legem intelligunt de satisfactione, quæ à victo præstari deberet de non turbando in posterum, & fundamentum assertionis in primis querunt in verbis: ac satisfactionis vel transferendæ possessionis &c. indeque colligunt, fidejussoriam cautionem præstandam esse, ac ita in foro pronunciatum referunt; Sed aliam convenientiorem hujus legis explicationem cum EQUINARIO BARONE suppeditat CVJACIVS, atque duas istius legis facit partes, quarum prima de judicio possefforio,

*An haec cautio  
in L. un. C. uti  
possid. sit funda-  
data?*

fessorio, secunda de petitorio agit. Ostendit c vjā  
 CIVS, non hunc esse istius legis sensum, ac si victus  
 vitori satisdet, sed potius hoc velle, ut vitor satisdet  
 victo, ne res controversa, dum de proprietate litigabi-  
 tur, deterior fieret. Qui itaque visit in judicio pos-  
 sessorio, satisdare debet actori de re servanda &  
 restituenda, si vincatur in judicio petitorio, aut si non  
 satisdare velit, & actor offerat satisdationem, ut pos-  
 sessio in actorem transferatur, isteque ex reo fiat actor  
 & fungatur onere petitoris. Si neuter satisdare velit,  
 possessor potior habetur, aut bona sequestrantur.  
 Idem obtinet in petitione hereditatis, ubi is, à quo  
 petitur hereditas, satisdare debet actori de servanda  
 re & restituenda, ni vicerit. Pertinet huc *Tit. XI. de*  
*Satisdando ex JVLII PAVLI recept. sentent. Lib. I.* *Quo-*  
*tiens hereditas petitur, satisdatio jure desideratur:* Et  
*si satisdatio non derur, in petitorem hereditas transfertur.*  
*Si petitor satisdare noluerit, penes possessorem possesso*  
*remanet.* In pari enim causa potior est possessor. Sine du-  
 bio itaque satisdatio in ista lege unica est cautio fidejus-  
 foria *L. 7. ff. de prætor. stipulat.* non vero est proprie-  
 cautio de non turbando, quam non præstat vitor, sed  
 victus. Qui victus est interdicto uti possidetis, & pe-  
 titoria actione velit experiri, ei vitor cautionem fi-  
 dejussoriam præstare tenetur. Magis itaque in lege  
 ista subintelligenda est cautio rei non deteriorandæ,  
 ad quam præstandam vitor in possessorio est obstri-  
 ctus, conf. *CYJACIVS in Comment. ad Cod. tit. uti pos-*  
*sidi item in Interpretat. ad JVLII PAVLI recept. sentent.*  
*EQUINARIUS BARO in Manual. Lib. VI. BRVNNE-*  
*MANN.*

MANN in Comment. ad Cod. tit. uti possid. MENOCHIVS  
rem. retin. 3.n.811. sqq.

## §. XI.

Secessum facit quoque ab his JOH. SCHILTERVS <sup>Notatus</sup>  
in Exercitat. ad ff. XLVII. §. 6o. ac paulo speciosius est,  
quod iste pro adversa sententia promit, reputans, si non  
ex primi legislatoris nempe DIOCLETIANI de inter-  
dicti hujus natura esset hæc cautio, tamen ex mente  
secundi legislatoris & renovatoris nimirum JVSTI-  
NIANI, qui eandem constitutionem renovavit, suam-  
que fecit, ne alioquin frustra verba à legislatore pro-  
lata dicantur. Verum licet verba in lege ista non intel-  
ligantur de cautione de non turbando, minime ta-  
men frustra sunt posita; commode enim ac solide a  
CVJACIO aliquæ de cautione rei non deteriorandæ à  
victore præstanta explicantur, quare non opus est, ut  
iis alium sensum, primo legislatori DIOCLETIANO  
plane contrarium, affingamus. Neque SCHILTERI  
opinionem firmat id, quod BARTOLVS ex lege pen. ff.  
de aqua quotid. adfert, ex quo quidem satis elucet, cau-  
tionem de non turbando in aliis legibus esse funda-  
tam, non vero, eam deprehendi in L. un. C. uti possidetis,  
quocirca quoad hanc legem unicam sententia ista  
ratione juris solida omnino destituitur. Hinc & GAI-  
LII explicatio, alias non spernenda, quam SCHILTE-  
RVS l.c. producit: quia victor non satis esset prospectum  
ratione tantum præteritæ & presentis turbationis, nisi etiam  
ei cautum sit de futura turbatione, quod videlicet adversa-  
rius in futurum eum molestare noli non quadrat ad L. un. c.  
sæpius citatam, quippe qui erroneam istam opinio-

D

nem

nem pro vera admisit, ac si in L. un. sermo esset de cautione de non turbando, sublata autem ac destructa hac opinione per rationes admodum prægnantes in §. anteced. adductas, ruit & ratio GAILII, quam evchit  
**SCHILTERVS.**

## §. XII.

**U**lus cautionis  
de non tur-  
bando in fer-  
vitutibus,

Vlus cautionis de non turbando in primis sese ostendit in servitutibus, ubi habemus actionem confessoriam & negotioriam. Quando servitus non modo est constituta pactio vel stipulatione, sed etiam acquista, puta cessione, patientia usas, præscriptione, vel etiam per testamentum, tunc datur actio confessoria pro afferenda qualibet servitute & agitur is, qui suo vel sibi à vicino servitutem deberi intendit, ad id, ut iudex declareret, jus sibi esse, vel alteri jus non esse, si scilicet servitus est negativa L. 4. in fin. si servit. vindic. Ab adversario quoque exigi potest cautio de jure agentis in posterum nonturbando aut diminuendo, quæ justo judicis officio est aestimanda, ut videre est ex L. 12. ff. si servit. vindic. Egi, jus illi non esse, tigna in parierem meum immissa habere: an & de futuris non immitendis cavendum est? Respondi: judicis officio contineri patet, ut de futuro quoque opere carveri debeat. Eodem modo quoque intelligenda est L. 7. ff. b. t. Simile exemplum cautionis de non turbando monstrat L. pen. ff. de aqua quorid. Si de via, itinere, actu, aquæductu agatur: hujusmodi cautio prestanda est, quandum quis de jure suo doceat, non se impediturum agentem & aquam ducentem, & iter facientem. Quod de confessoria actione dictum, locum habet & in negotioria. Si quis in re mea servitutem non fundatam exercere velit,

velit, merito nego, alteri competere servitutem, neque necesse est, ut quis in libertate possessionis defendi cupiat, atque remedio possessorio utatur, quippe quod hoc in casu damnum aliquod inferre posset, ut ostendit hoc v. c. NICOL HIERON. GUNDLINGIVS in Gundlingianis Part. XXVIII. *quis in actione negatoria debat probare?* Instituitur itaque pro libertate asserenda actio negatoria, qua negamus, alteri competere servitutem in nostro praedio, petimusque, ut praeium liberum declaretur ab illa servitute, quam adversarius usurpat, isque condemnetur, ab omni actu usque servitutis abstinere, atque id, quod interest, praestare L. 4. §. 2. & 7. si servit. vindic. Notat HUBERVS in Praelect. ad ff. b. 1. & in hac actione cautionis petitionem de non turbando in futurum judicis officio posse adjici per L. 7. & 12. si servit. vindic. ne in futurum dominus amplius molestetur ab eo, qui servitutem praedio suo deberi afferuit. MENOCH. rem. retin. 3. n. 816. Quod si non fecerit, nec cautionem praestiterit, tanti condemnatur, quanti actor in item juraverit L. 7. ff. si serv. vid. MARTINI in Commentar. ad Inst. tit. VI. §. 2.

## §. XIII.

Hoc modo etiam in praxi pronunciatum fuisse, testis est CARPOVIVS i. Respons. 69. ubi adfert I.) Sententiam Senatus Appellationum in causa Christophori à Wolframsdorff Klägern an einen/ Christoph von Hünicken Beklagten andern Theils Term. mart. 1627. Erkennen von Gottes Gnaden Wir Johann Georg ic vor Recht: Dass Kläger bey seiner Befügniß von jeden Flosse Holz/ einen Floss-Baum zu nehmen/billig zu schüzen/ und er

D 2

mag

Illustrans  
præjudicium.

mag sich mit einem Groschen an statt des Baums wieder  
seinen Willen abfinden zu lassen / nicht gedrungen werden.  
Es ist ihm auch deswegen Beklagter de non amplius tur-  
bando zu caviren schuldig. 2.) Scabinorum Lipsiensium,  
qui M. Octobr. 1620. in causa Simon Webers, Klägern  
an einen Martin Rehebaum/ Beklagten andern Theils/  
sequentem in modum pronunciarunt: Dass Beklagter  
dasjenige / so ihm zu beweisen auferlegt / und er sich ange-  
masset, wie recht nicht erwiesen / derowegen ist er sich hinfüh-  
ro des Treibens und Hütens auf Klägers Feldern zu enthol-  
ren und ihm deswegen de non amplius turbando zu ca-  
viren schuldig. V. R. W. Addit CARPOVIVS l. c. n.  
18. rationem, quare ad hanc cautionem deveniendum.

**Canticum huc  
omnino in ju-  
re R. est fun-  
dam.**

Ex his itaque satis clarum atque perspicuum est,  
etiam iure Romano hanc cautionem de non turbando  
non fuisse incognitam, ac turpiter se dant isti, puta CV-  
JAVIVS aliquis, praefacte nimis statuentes, cautionem de  
non turbando a veritate theorica plane esse alienam, ne-  
que in jure Romano fundatam, quos non sine ratione  
notat SCHILTERVS in Exercitat. ad ff. XLVII.

#### §. XV.

**Locum habet  
etiam in casu  
turbata juris-  
dictionis.**

Sicuti vero actione confessoria & negotioria agere  
licet ad cautionem de non turbando ; ita quoque neu-  
tiquam prohibitum est, remedio possessorio videlicet  
interdicto uti possidetis in servitutibus petere cautio-  
nem de non turbando. Velim tamen consideres ea,  
quæ propositiv. C. GUNDLINGIVS in diff. cit. quis in  
negotoria debeat probare ? Latissime autem patet usus  
actionis confessoriæ & negotoriæ, dum utiliter ad o-  
mnia

mnia iura applicatur, quo circa non tantum in servitibus sed & in aliis juribus actione confessoria & nectoria utili experiri licet, ac cautio de non turbando exigi potest. Quod de utili actione confessoria & nectoria monui, optima ratione quoque de interdicto utili uti possidetis intelligendum est, quo turbatis in quibuscumque juribus uti, insimulque cautionem de non turbando petere licet. Hinc & in casu turbatæ jurisdictionis sic pronunciatum legimus apud KLOCKIVM in Conf. Tom. IV. Conf. 92. in causa Herrn Georg Grafen zu H. contra Herrn Willhelm Truchsessen; In Sachen sc. ist allen Fürringen nach zu Recht erkannt daß gesmeidten Beklagten nicht geziemter noch gebühret den Kläger geflagter massen an seiner possessione vel quasi der hohen Obrigkeit zu Neufra zu turbieren und zu molestiren sondern daß er daran zu viel und Unrecht gehabt habe und deswegen davon abzustehen auch ihm derenthalben gebührende Caution &c. zu thun schuldig sey. Potest & turbatus in sua jurisdictione, ob captum suum subditum, in loco domicilii, ordinaria juris via, coram judice competente vermöge der Austrage / contra turbantem experiri, vel actione injuriarum, aut ratione violati territorii, actione L. Julie de vi publica. GAILIVS de Pignoration. obſerv. 14.

## §. XVI.

Aliud exemplum cautionis de non turbando exigendæ profert GAILIVS de Pignoration. obſerv. 15. nempe quando subditi per immemorale tempus in concessione libertatis fuerint, nullam collectarum exactio-  
mem principibus à subditis permissam esse, nec habere  
Subditissim-  
unes a col-  
lectis hanc  
cautionem a  
principe exi-  
gere possumus.

D 3

prin-

principem fundatam intentionem, atque si de facto eos ad solutionem compulserit, coram competente judice veritate der Austrage super turbatione experiri posse, quod videlicet non jure turbentur in possessione libertatis, & quod principi injungatur, ut a tali turbatione defiscat, cautionemque praestet de non turbando imposterum. conf. KLOCKIVS Tom. IV. Conf. V. n. 344. Dubium facit hoc assertum, quod Jus Collectandi ad regalia pertineat, in quibus nulla præscriptio immemorialis locum invenire possit. ARNISÆVS de Jur. Majest. Lib. II. Cap. 2. n. 2. Verum ab aliis iamdudum ostensum fuit, salva Majestate & superioritate territorii regalia posse a subdito possideri, ac immemoriali possessione ad præscriptionem opus esse. HERTIVS de superior. territor. ib. 62. Hoc vero tempus, si sufficiens est ad præscriptionem regalium, omnino quoque sufficiat necesse est ad præscribendam immunitatem a Jure Collectandi, quare & nonnulli affirmant, ad libertatem non solvendi onera ne quidem necessarium esse tempus immemoriale, sed solo lapsu 40. annorum posse acquiri, de quibus videatur ANDREAS OCKEL de præscriptione immemoriali Cap. V. th. 6. § 7. § Cap. VII. ib. 18.

## §. XVII.

Mentionem quoque cautionis de non turbando facit GAILIVS in ir. de Pignoration. Obser. 23. ac refert, in causa pignorationum, non probata possessione & jure oppignorandi, in Camera Imperiali candem formam, quæ in interdicto retinendæ possessionis, servatam fuisse. Forma sententiae Cameræ Imperialis talis

In pignora-  
tionibus etiam  
hac cauio  
cautio-  
nem  
in memoriis  
de opibus  
cautio-  
nemq. usq.

Iis est : In Sachen A. Klägers / wieder B. Beklagten  
 Mandati : Der Pfändung ist allen Fürbringen nach zu Recht  
 erkannt / dass sie verstricke in actis benennt / sich wiederum  
 einzustellen / nicht schuldig / sondern von angezogener Ver-  
 strickung zu absolviren und erledigen seyen / als wir sie auch  
 davon hiermit absolviren / erledigen / und dass gemeldten B.  
 Beklagten nicht gesiemt / noch gebührt, geklagter massen den  
 Kläger zu turbiren und zu pfänden/ sondern daran zu viel und  
 Unrecht gethan habe / und derohalben diesen Kaiserlichen  
 Cammer-Gericht gebührliche Caution zu thun schuldig sey/  
 als wir ihn auch darzu condemniren und verdammen.

## §. XVIII.

Cautionem de non turbando petenti incumbit Quid proban-  
 probare 1.) serem controversam possidere, se esse in pos- dum in cau-  
 sione vel quasi juris fitiosi, 2.) turbationem factam ratione de non  
 esse a parte rei conventi, turbatio enim est facti, facta  
 autem sunt probanda. Probatio vero uti alias pera-  
 gitur, ita hoc in casu quoque est peragenda, videlicet  
 per testes, per instrumenta, habita tamen quadam in-  
 ter possessorum summarium & ordinarium distinc-  
 tione, de qua in §. sequenti.

## §. XIX.

Judicium enim possessorum dividitur in summarium Cautio de non  
 nullo momento & ordinarium. In summario, turbando in  
 nullo juris ordine servato, sola facti veritate proba- sumario &  
 biliter inspecta, sine longo litis sufflamine, celeriter ordinario  
 & velo levato proceditur. Qualitas possessoris præstanda est.  
 ibi non consideratur, præsens possessio attenditur, pro-  
 bationes leviores admittuntur & semiplenæ, ut videre  
 est ex Ordinat. Elector. Judic. nostra Tit. XXVIII. in verbis:  
 Wann

Wann jemand in seiner Possession vel quasi eines Guthes/  
 oder Gerechtigkeit turbiret und durch einen geschworenen oder  
 mehr unbedigete Zeugen die Possess oder Besitz im termi-  
 no, welcher ihm von denen Gerichten gesetzet worden/ beschei-  
 nigen wird/ soll ein Bescheid darüber ertheilet/ und der Be-  
 sitzer bey seiner Possession beschützt werden. Sententia lata  
 quoque non perpetuum sed momentaneum & reparabile  
 præjudicium adfert clem. Sæpe de V. S. L. 14. de a-  
 gric. Et censit. JACOB. MENOCHIVS remed. 3. retin. pos-  
 sess. n. 448. In ordinario, vero juris ordine servato, per  
 exhibitionem libelli, litis contestationem & probatio-  
 nem ordinariam de possessione litigatorum discepta-  
 tur STRYCK V. M. Tit. uti possidetis. GAILIVS Lib. 1. Ob-  
 servat. 7. n. 2. Disputatur ergo: Vtrum cautio de non  
 turbando æque in summario ac ordinario peti, vel non  
 petita decerni possit? Negat CARPZOVIVS 1. Respons.  
 15. in summario cautionem de non turbando locum ha-  
 bere, sed si libello vel fuerit annexa, vel alias petita,  
 possessori ordinarium non summarium censeatur  
 intentatum. Fundamentum hujus opinionis ponitur  
 in eo, quod de certo aliquo detentore seu possessore  
 non constet ante sententiam in possessorio latam, ac  
 procul dubio hæc cautio jus possessoris in perpetuum,  
 donec super dominio pronunciatum sit, duraturum re-  
 spiciat; Verum si recta ratione rem pensitamus, atque  
 accuratori scrutinio in eam inquirimus, adparet, in  
 possessorio momentaneo tamen de possessore cognosci,  
 dum vero possessor determinatur, cur non turbator  
 ad cautionem de non turbando adstringendus, donec  
 jus suum jactatum demonstret! Dubium itaque non  
 est,

*wird nunmehr Zayn*

est, cautionem de non turbando in summario & ordinario peti ac decerni posse, arg. L. pen. de aqua quotid. Accedit regula juris: Quoties res perfecte a reo actori praestari atque adeo actor sat. tutus ac securus reddi non potest, toties opus est cautione. ILL. BERGER Oecon. Juris Lib. II. Tit. VI. §. Elec. Proc. Peſſeff. tb. 36. LVDOVICI Einleitung zum Civil-Proceſſ Cap. II. §. 9. om

## §. XX.

Si qui turbati sunt, possunt officium judicis im- plorare, ut eos, qui turbationem suscepserunt, compel- lat ad cautionem de non turbando in posterum, & peculiare est in hac cautione, quod judex non solum ad partis instantiam, sed etiam ex officio, ne partes ad arma veniant ad cavendum cogere possit. Quan- quam enim alias judex officium suum impetriri non solet nisi imploratus L. 4. §. 8. Pand. de damno infedel & regulariter cautio praestatur, si ab adversa parte petita fuerit L. 2. §. 1. ff. quod Legatorum. quia tamen utilitas publica vertitur in hac cautionis specie & judici hoc peculiare munus incumbit, subditos servare in tranquillitate L. 13. ff. de Offic. Presid. hinc si actor forsitan ex incuria aut imperitia cautionem de non turbando non petierit, nihilominus ad illius præstationem adversarius est condemnandus, quia de natura actionis cautio censetur L. 7. & 12. ff. si serv. vindic. ex quo conficitur, neutiquam obstare huic opinioni, si objicias: sententiam debere esse libello conformem, nec conformis esset, si judex ultra petita actoris pronun-

Peculiare quid  
in cautione de  
non turbando.

E ciare

ciare vellet. Nullum itaque dubium remianet, quare cautio hæc a judge non sit ex officio supplenda, præsertim si adjecta sit clausula salutaris, herba ista betonica, quæ vitium hoc, quod omittendo, per incuriam aut imperitiam commissum est, omnino salvare potest, quamvis in aliis utilitas hujus clausulæ salutaris nontanta sit, quanta a Practicis prædicatur. Præjudicio hanc materiam illustrat CARPOV. I. Rep. LXX. Adde SCHILTERVM in Exercitat. ad Pand. XLVII.

§. 60. & GAILIVM de pace publica Lib. I. Cap. II.

An cautio de  
non turbando  
exigi possit in  
executione?

Hac occasione non prætereundam esse illam quæstionem existimo, quæ magis dubia videtur: an cautio de non turbando in libello & sententia omissa, ista in executione adhuc exigi possit? Negativa quidem videtur probabilior, quia sententia est stricti juris, verbisque illius stricte sic inherendum L. 1. C. si plures una sententia. Accedit, quod judge, postquam semel sententiam tulit, functus sit officio suo, nec aliquid in executione adjicere possit; attamen quia cautio hæc ex ipsa actionis natura descendit L. 7. & 12. si sero. vindic. putat GAILIVS, adhuc in executione hanc cautionem, a vieto præstandami, exigi posse, atque ita judicatum refert Observat. 116.

Cautio hæc  
non extingui-  
tur, licet tur-  
bator afferat,

Et hæc quæstio silentio tegi non debet: an si lata sit sententia contra turbatorem, præstataque ab eo cautione, se amplius molestiam possessori non exhibeturum

### §. XXI.

turum, adhuc perturbet, audiendus sit, si ex nova causa <sup>se ex nova</sup> se possidere afferat? Audiendum talem non esse com-<sup>causa posside-</sup> muniter statuunt, cum per latam sententiam futura <sup>re.</sup> turbatio plane prohibita sit, ac possessor, qui semel cautionem de non turbando impetravit, tueatur: alias enim hæc judicia elusoria fierent, dum adversarius facile novam causam allegare, siveque possessorem molestia afficere posset, id quod neutiquam concedendum. Adjecit tamen MENOCH. *Remed. retin.* 3. n. 819. hanc limitationem, tunc audiendum esse, si post longum temporis spatium ex nova causa se possessorem esse afferat, atque probationes evidentes ac prægnantes adducat, cessaret enim hoc in casu omnis malitiae præsumtio.

## §. XXIII:

Dictum fuit *Cap. I. s. II.* cautionem esse vel fide- <sup>Qualis cautio</sup>  
jussoriam, vel pignoratitiam, vel juratoriam, vel nude <sup>sit præstan-</sup>  
promissoriam, indagandum ergo demum: Qualis  
cautio sit præstanta in cautione de non turbando? Si  
ROBERTVM, GAILIVM, aliosque sequi liceret, dicen-  
dum omnino, ad satisfactionem sive cautionem fide-  
jussoriam adversarium esse obligatum, cuius cautionis  
mentio fit in ista lege; Sed in anteced. jam demonstra-  
tum fuit, legem istam unicam C. uti possideris non per-  
tinere ad cautionem de non turbando, sed potius ad  
cautionem rei non deteriorandæ, adeoque exinde non  
licet argumentari, cautionem de non turbando præ-  
stantem ad fidejussores dandos esse obstrictum. *Le-*

gem 7. & 12. si servit. vindic. si inspiciamus, officio judiciis deprehendimus relictum, limites in cautione de non turbando ponere, qui vero ultra nude promissoriam non procedit arg. L. 3. de Verb. & rer. signific. cuius verba haec sunt: Sancimus cautionis nomine vel ασφαρειας, id est, securitatis, non esse fideiussoris dationem interpretandam: nisi hoc specialiter vel in grecis vel in latinis verbis scriptum fuerit. Nisi enim vel generaliter de satisfactione, vel fideiussione specialiter sic nominatum: cautione vel ασφαρεια minime fideiussionem sed nudam promissionem significari. vid. BERGER Oeconom. Jur. Lib. II. Tit. III. §. 22. Juxta stylum curiarum saxoniarum datur chirographum, es wird ein schriftlicher Schein ausgestellt/ quod per sententiam imponitur. Formulam hujus exhibet GEORG BEYER in VOLCKMANNO emendato sequentis tenoris: Ich N. N. Geleits Pachter vor mich und meine Erben gelobe und sage zu/ daß ich alle demjenigen/ was in der auf der gesamten Gemeinde zu N. Ansuchen aus den Hochbl. Ober Hoff. Gerichte an mich unterm dato dem 24. December &c. ausgebrachten und darauf so wohl in erster als andern instanz erfolgten. Judicatis sub publicatis den N. Septembr. &c. bey kräfftien erkandten Inhibition enthalten/ und mir darinnen auferleget worden/ würcklichen nachkommen und denselben allenthalben getrenlich geloben will/ des zu fest und unverbrüchlicher Haltung habe ich diese Caution vor mich/ meine Erben und Nachkommen mit meinen gewöhnlichen Perschafft bedruckt und eigenhändig unterschrieben.

S. XXIV.

## §. XXIV.

Coronidis loco hoc denique moneo, affirmati-  
vam decisionem quæstionis §. XVI. Cap. I. differr. huj.  
propositæ: an actio realis liberet a cautione? non intel-  
ligendam esse de Jure Romano, sed praxi hodierna;  
quare & leges allegatae ex Jure Romano non directo  
probant, possessores rerum immobilium ad cautionem  
nude promissoriam tantum fuisse adstrictos, sed saltem  
ad colorandam quodammodo opinionem in praxi re-  
ceptam aliquid conferunt. Hæc sunt, quæ de cautione conclusio.  
de non turbando, quantum per breve temporis spati-  
um, ad elaborandam haricce materiam, relictum, li-  
cuerit, in medium proferre volui, ubi præmissis prius  
Cap. I. generalioribus, quæ ad explicationem specialio-  
rum multum conferunt, uberior & quoad fieri potuit,  
etiam planius Cap. II. specialem materiam aggressus  
sum, atque in spem certam adducor, fore ut B. L.

¶ noui operam meam æqui bonique con-  
sulturus sit.



## COROLLARIA.

I. *Actio realis liberat à cautione & non libera-*

*berat. non enarratur nisi honestus est.*

II. *Procuratio causa leti-*

*mentis. non debet probare debet,*

*non actor.*

III. *Servitus possideri omnino potest, sed posses-*

*sione non statim acquiritur.*

IV. *Emissio venditio, uno numero facta, non est*

*vera emissio venditio, sed donatio.*

AB 152989

ULB Halle  
002 420 562

3




Sb.

W18  
102



**Farbkarte #13**

B.I.G.



AVGVRALIS JVRIDICA  
DE  
**TIONE  
TVRBANDO,**

QVAM  
RSITATIS MAGNIFICO,  
ET AMPLISSIMO DOMINO,

**ACIDO,**  
OSTOLORVM PETRI ET PAULI ORD. S.  
I. ABBATE, PRÆPOSITVRÆ ZELLENSIS  
UVERHAM DOMINO, S. FACVLT.  
SSORE PRIMARO, ETC.

**VSTRIS FCTORVM  
DINIS**

SIMA ERFVRTINA  
**ICENTIA**  
QUE JVRE CAPESSENDI  
NORES

FCTORVM MAJORI  
CONSVETIS  
ENDET

**ONYMVS KOCH,**  
rt. Thur.

DEM ADVOCATVS, ET NOTAR.  
AR. PVBL.

**JULY M DCC XXVIII.**

**OSCHIANIS, Acad. Typogr.**